



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Dn. Conradi Clingii Theologi Et Ecclesiastae Celeberrimi  
(dum vixit) apud Erphordiam Turingiæ, Catechismus  
Catholicus, summam Christianæ institutionis III. libris  
succinctim complectens**

**Klinge, Konrad**

**Coloniae, 1570**

**VD16 K 1309**

De persecutione Catholicorum propter co[m]munionem Eucharistiæ. tit.  
99

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29452**

species sacramenti subtracta sit. At ipsi videant, quales sint, qui nobis diuinitatem Christi rapiunt in sacramento. Caro igitur & sanguis Christi in sacramento comeditur & bibitur, non diuinitas &c.

Quartò, quoniam ergò Christum accipimus, sicut iam sedet ad dexteram patris, Marci vltimo, Ergò viuum corpus & sanguinem atque diuinitatē, Hoc qui non credit, Iudæus, Arrianus, anathema est, &c. Nostra hæc fides Catholica simplicissima est, etsi in verbis Christi Matt. 26. non fit mentio de vita & diuinitate, attamen necessariò ex concomitantia sequitur & omnia virtualiter in verbo, Corpus meum, includuntur.

DE PERSECUTIONE CATHOLICORUM propter communionem Eucharistie.

TITVLVS XCIX.



RADVNT historia, ab initio Catholicos magnas persecutiones tolerasse ab hæreticis & sectarijs, quòd nolent eorum sacramenta accipere: & causa penè omnium tribulationum potissima, fuit diuersitas communionis: At semper Catholici permanserunt constantes, & vitarunt illorum communionem propter has rationes.

Primò, quia sectaria communio fit extra Catholicam vnitatē in odio & inuidia contra catholicos. Sacramentū non est malū, nec facit hæreticū, sed praua dissensio extra vnitatē & concordia. Augustinus Epistola 48. libr. 4. ca. 8. contra Donatistas, inquit: Et si quis per omnia probus & iustus est, alienus à manifestis vitijs, quæ enumerat Apostolus Gal. 5. attamen propter hoc solū, quòd hæreticus & schismaticus est, regnum Dei non possidebit, Quoniam ergò sectæ



sectæ nolunt esse vnus panis & vnum corpus nobil-  
cum, 1. Corinthio, 10. & sacramentum nos debet ad-  
nire & incorporare Christo ac Ecclesiæ: ipsi autem  
se separant à nobis, detrahunt: odiunt, pessima me-  
tantur, tumultum, effusionem sanguinis &c. &c.  
ideò illorum fugimus inuidiam & dissidium. Non  
inculpamus, inquit Augustinus, quòd nobiscum  
còmunè habetis, i. baptismū: nō quod nō habeatis,  
sed hoc scilicet quòd nō vtiliter, sed in odio habeatis  
sacramenta. Non negavit vnctionem Saulis Dauid,  
sed venerabatur, 1. Reg. 10, attamen doluit eius odi-  
um, in quo seipsum tandem occidit, 1. Reg. vltimo.  
Contra, nolebant catholici vti sacramento illo,  
quod est institutum vnionis gratia 1. Corinthio,  
10. Vnus panis & vnum corpus &c. ad discor-  
diam, dissensionem & rebellionem Ecclesiæ, quem  
admodum sectæ iam faciunt dissidia còmunione  
vtriusque speciei.

Secunda causa est, quòd falsam opinionem ha-  
bent circa sacramentum: nam commune est omni-  
bus hæreticis, habere propriam fidem circa sacra-  
menta. Sic fides Vuicleff fuit, quòd hic solū esset  
figura: Berengarij, quòd simul essent panis & corpus  
Christi &c. Arrij, quòd solū corpus absque diuini-  
tate: Luteranorum, quòd extra vsum non sit sacramen-  
tum, immò quòd fides sumentis consecret sacramen-  
tum. Cū ergò qui in vno offendit, vt dicit Iaco-  
bus, capit. 2. omnium fit reus; nam idem Deus &  
Christus est, qui hæc ordinavit, ergò fugimus illorū  
commercium.

At dices: Deus non propter vnum errorem reijcit  
alia bona opera. Respond. Hoc etiam putauit Saul,  
1. Regum 15. volens inobedientiam suam ornare sa-  
crificijs boum, &c. sic Iudæi orant, dant eleemo-  
synam, attamen sine fide Christi, Ioann. 14. Nemo ve-  
nit ad patrem, nisi per me &c.

Tertia



Tertia causa est, quia sic sacramenta sunt medicina sine operatione sanitatis. Et quid si omnia membra sunt sana, & cor est languidum? 1. Corin. 13. inquit Apostolus, si habuero omnem fidem, &c. ideo catholici vitant sectariorum sacramenta.

Secundò, Quantas persecutiones perpeffi sunt Catholici propter catholicam communionem, testatur Eusebius libr. 6. Ecclesiasticæ historiæ, cap. 34. de Notato hæretico cogente ad sacramentum, ne vellent subesse Papæ. Et libr. 5. Tripart. historiæ, capit. 31. de Macedonio, quomodo os ligno aperiebat, Et libr. 3. cap. 39. quomodo in fronte signabant illos non communicantes, negantes eis sepulturam. Item Hermogildus filius regis occiditur, sed hæc omnia patienter tulerunt Catholici, & nolebant secludi à catholica unitate. Augustinus Epist. 165. Si angelus de cælo mihi diceret, suscipe partes Donati, &c.

*AN IMPETRET HOMINI*

*communio corporis & sanguinis Christi  
si remissionem peccatorum.*

TITVLVS C.

**S**CRIPTVRA sacra tres fructus notat, quos impetrant & consequuntur, qui dignè communicant corpus & sanguinem Christi.

Primum Christus ipsemet exprimit, Ioan. 6. inquit: Qui manducat corpus meum, & bibit meum sanguinem, id est, fide & opere, hic in me manet, & ego in eo, id est, donec hoc quis crediderit, quod ego sum panis de cælo datus à patre, pro vita æterna impetranda fidelibus, tam diu manet in me per fidem, & ego per gratiam in eo. Subindè, qui opere manducat meam carnem, & bibit sanguinem &c. mihi